



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Collegium Universi Juris Canonici**

**Engel, Ludwig**  
**Salisburgi, 1693**

25. De Clerico Percussore.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61596)

annorum, interdum locum habet. *l. sepe in omnibus. ff. de R. J.*

2 Dico autem, *interdum*, si scilicet alia etiam concurrant, videlicet quod minor non saepius deliquerit, quod delictum non sit valde atrox, quod malitia aetatem non suppleat, quod spes affulgeat melioris frugis &c. Ita enim est textus in *l. auxilium. 37. §. 1. ff. de Minor.* in delictis autem minor annis 25. non meretur in integrum restitutionem utique atrocioribus (supple & quae in committendo consistunt, secus quae in omittendo, juxta *l. ult. ubi DD. Cod. si adversus delictum.*) nisi quatenus interdum miseratio aetatis ad mediocre poenam iudicem adducit, videatur etiam Fach. *Lib. 1. Controvers. cap. 71.*

## TITULUS XXIV.

### De Clerico venatore.

**C**lericis interdicta est Venatio clamorosa cum canibus & saltibus, *c. 2. b. 1.* Piscari verò Clericis prohibitum non est, exemplo Apostolorum, quos piscatores ad se Christus vocavit, quique eandem artem etiam post conversionem exercuerunt, ut passim in Evangelio legitur. Rationem differentiae inter Venationem & Piscationem assignant, quod venatio propter saltus & clamores magis dissolvat, & dehonestet Clericalem modestiam, nutriat otium & vitia, ac per crebram & immitem calidi sanguinis animalium effusionem excitetur in homine asperitas, & truculentia contra Clericalem mansuetudinem.

## TITULUS XXV.

### De Clerico percussore,

**Q**ualiter exemplo Christi mandatum mi deceat Clericos mansuetos, dedecet percussio & rixatio, dicitur & textus sunt per totam *apostolam* & *segg.* Ideoque pro excelsa percussio & qualitate delicti & delinquentis a superiore arbitrariè puniri, & data mansuetudine etiam deponi debent. *cap. 7. h. 1.*

Quòd si aliquando à Praelatis vel iudicibus & superioribus Ecclesiasticis capitalis plinae contra delinquentes corporalis castigatio adhibenda sit, ut in *c. 2. de Anath. in c. 4. de Raptor. cum mansuetudo non est temperanda. cap. disciplina. & cum Praesat. Grat. qua incipit: disciplina. dist. 45.*

Quomodo autem ex percussione, vitio stultu incurratur irregularitas, tractatur hoc Lib. in *tit. de Homid. & Clericis pug.* Item quod Ecclesiasticus non interat poenam sanguinis, in *tit. de Poenis.* tractatur. Et quod scopus non debeat aliquem propter percussorem cadere, & contra doctrinam *apostolam* *1. ad Tim. 3. percussorem agere. in c. licet. 25. dist. 80.*

## TITULUS XXVI.

### De Maledictis.

SUMMARIUM.

1. Quid & quomplex sit Blasphemia.
2. Blasphemia etiam in Sanctis committitur.
3. Poena Blasphemiae.

**M**aledicti hoc titulo intelliguntur phemi: est enim Blasphemia in dictio, sive verbum contumeliosum versus DEUM.

Blasphemia alia est *haereticalis*, dicitur, quae cum falsitate, dum DEO attribuitur, ipsi non convenit, ut esse peccatum